

# Whit Monday

*Station at St Peter in Chains*

*Red*

*1 Cl. (Duplex 1 Cl.)*

INTROIT: *Ps. 80:17*

Cibavit eos ex adipe frumenti, alleluia : et de  
petra melle saturavit eos, alleluia, alleluia.  
*Ps. ibid. 2: Exsultate Deo, adjutori nostro :  
jubilate Deo Jacob. V. Gloria.*

*He fed them with the fat of wheat, alleluia : and  
filled them with honey out of the rock, alleluia, alle-  
luia. Ps. 56:2: Rejoice to God our helper : sing  
aloud to the God of Jacob. V. Glory.*

COLLECT

Deus, qui Apostolis tuis Sanctum dedisti  
Spiritum : concede plebi tuæ piæ petitionis  
effectum : ut, quibus dedisti fidem, largiaris et  
pacem. Per Dominum ... in unitate ejusdem  
Spiritus.

*O God, who didst give the Holy Ghost to thine  
Apostles, grant to thy people the fruit of their pious  
prayer : that where thou hast given faith there thou  
mayest bestow peace also. Through our Lord.*

LESSON: *Acts 10:34, 42-48*

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis : Aperiens Petrus os suum, dixit :  
Viri fratres, nobis præcepit Dominus prædicare  
populo : et testificari, quia ipse est, qui constitu-  
tus est a Deo iudex vivorum et mortuorum.  
Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent,  
remissionem peccatorum accipere per nomen  
ejus omnes, qui credunt in eum. Adhuc loquen-  
te Petro verba hæc, cecidit Spiritus Sanctus  
super omnes, qui audiebant verbum. Et obstu-  
perunt ex circumcissione fideles, qui venerant  
cum Petro : quia et in nationes gratia Spiritus  
Sancti effusa est. Audiebant enim illos loquen-  
tes linguis, et magnificantes Deum. Tunc  
respondit Petrus : Numquid aquam quis prohi-  
bere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum  
Sanctum acceperunt sicut et nos? Et jussit eos  
baptizari in nomine Domini nostri Jesu Christi.

*A lesson from the Acts of the Apostles.*

*In those days: Peter opening his mouth, said: Men,  
brethren, the Lord commanded us to preach to the  
people, and to testify that it is he who was appointed  
by God to be judge of the living and of the dead; to  
him all the prophets give testimony, that through his  
name all receive remission of sins, who believe in him.  
While Peter was yet speaking these words, the Holy  
Ghost fell on all them that heard the word; and the  
faithful of the circumcision, who came with Peter,  
were astonished, for that the grace of the Holy Ghost  
was poured out upon the Gentiles also; for they heard  
them speaking with tongues, and magnifying God.  
Then Peter answered: Can any man forbid water,  
that these men should not be baptized, who have  
received the Holy Ghost as well as we? And he  
commanded them to be baptized in the name of the  
Lord Jesus Christ.*

ALLELUIA: *Acts 2:4*

Loquebantur variis linguis Apostoli magna  
Dei.

*The Apostles spoke in divers tongues the wonderful  
works of God.*

## ALLELUIA

*(Hic genuflectitur)* Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium : et tui amoris in eis ignem accende. (Here all kneel) *Come, O Holy Spirit, fill the hearts of thy faithful : and kindle in them the fire of thy love.*

SEQUENCE (*Stephan Langton, + 1228*)

Veni, Sancte Spiritus, Et emitte cælitus Lucis tuæ radium.	<i>Come, Holy Ghost, And send from heaven The beam of thy light</i>
Veni, pater pauperum, Veni, dator munerum, Veni, lumen cordium.	<i>Come, father of the poor, Come, giver of gifts, Come, light of the hearts.</i>
Consolator optime, Dulcis hospes animæ, Dulce refrigerium.	<i>Best Comforter, Sweet host of the souls, Sweet refreshment,</i>
In labore requies, In æstu temperies, In fletu solatium.	<i>Rest in struggle, Coolness in heat, Comfort in weeping.</i>
O lux beatissima, Reple cordis intima Tuorum fidelium.	<i>O most blessed light, Fill the inmost of the hearts Of thy faithful.</i>
Sine tuo numine, Nihil est in homine, Nihil est innoxium.	<i>Without thy Godhead Nothing is in man, Nothing is without harm.</i>
Lava, quod est sordidum, Riga, quod est aridum, Sana, quod est saucium.	<i>Cleanse, what is sordid, Water, what is dry, Heal, what is wounded,</i>
Flecte, quod est rigidum, Fove, quod est frigidum, Rege, quod est devium.	<i>Bend, what is stiff, Kindle, what is cold, Direct, what is going astray.</i>
Da tuis fidelibus In te confidentibus Sacrum septenarium.	<i>Grant thy faithful, Trusting in thee, The holy seven gifts.</i>
Da virtutis meritum, Da salutis exitum, Da perenne gaudium. Amen Alleluia.	<i>Grant the merit of virtue, Give the death leading to salvation, Grant eternal joy. Amen. Alleluia.</i>

*Or the following:*

Resonet sacrata jam turma diva symphonia  
Repleta gaudia promissa e cælo reddita.

*Already now the crowd shall resound in divine  
symphony,  
Filled with the joys that were promised and given  
from heaven.*

In unum congregata Apostolorum phalanx  
præclara exspectans munera.  
Repente vox divina Paraclitum nuntiat deco-  
rans sanctorum viscera.

*The army of the Apostles gathered together, waiting  
for the famous gifts.  
Suddenly the divine voice announced the Comforter,  
who adorneth the innards of the saints.*

Fantur omni lingua nonnulla mysteria Deique  
magnalia.  
Cantica divina non cessat reboare ejus quoque  
caterva.

*They speak in every tongue many mysteries and the  
great deeds of God.  
And his troop doth not stop to sing back divine  
canticles.*

O Deus omnis arvi, te laudat sol et luna,  
concrepat ousia cuncta cælica et profunda  
flumina.  
Te psallat tellus alma, sidera cuncta clara,  
jubilat, adorat, amat redempta omnis quoque  
anima.

*O God of all land, the sun praiseth thee and the  
moon, all heavenly beings and the deep rivers  
sound together.  
The nourishing earth singeth to thee, all clear stars,  
and every redeemed creature jubilateth, adoreth  
and loveth [thee].*

Stupens Judæa hæc, inquit, excsecranda contio  
vino isto est repleta mustique crapula  
Baccho plenos deputat repletos gratia.  
Sumens hæc Petrus divina mysteria superat  
obdurata corda illa, et fore affirmat vaticinia  
Joelis de hoc prædicta.

*The astonished Jews said: this damnable assembly is  
filled with wine and drunken of young wine; those  
full of grace were regarded as full of Bacchus.  
Receiving the divine mysteries, Peter triumpheth over  
their hardened hearts, and he confirmeth that it  
happened, as the prophecies of Joel had predicted.*

Ovans anima nunc nostra boat carmina devota  
quo suscipiat caelestia habitacula.  
Pangat omnis chorda nostra sancta præconia  
tua ut semper pia percipiat charismata.

*Praising, our soul now bursteth out with devout  
songs, though which she might receive the heavenly  
dwellings.*

Omnem hanc meram suscipe melodiam ut  
queamus scandere luciflua et tua celsa et  
decora uranica.  
Dudum sacrata imbuisti pectora nunc nos reple  
lumine, polorumve gaudia cedas perpetua  
atque regna.

*May all our strings now intone thy holy praises, that  
they may always receive the kind gifts of thy grace.  
Now receive all of this pure melody, that we may be  
able to climb through the light and thy high and  
fair heaven,  
Thou hast already filled our hearts and made them  
holy, now fill us with light, and grant us the  
eternal joys and kingdoms of heaven.*

Te decet laus per tempora et gloria siderea, O  
sanctum Pneuma.  
Tu animas et corpora nostra, Christe, possideas  
in sempiterna  
Doxa.

*To thee is due praise through the times, and heavenly  
glory of the stars, O holy Ghost.  
Mayest thou, Christ, possess our souls and bodies in  
everlasting  
Praise.*

GOSPEL: *Jn. 3:16-21*

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

In illo tempore : Dixit Jesus Nicodemo : Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret : ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicatur : qui autem non credit, jam judicatus est : quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Hoc est autem iudicium : quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem : erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus : qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta.

*Continuation of the holy Gospel according to St John.*

*At that time: Jesus said to Nicodemus: God so loved the world, as to give his only-begotten Son; that whosoever believeth in him may not perish, but may have life everlasting. For God sent not his Son into the world to judge the world, but that the world may be saved by him. He that believeth in him is not judged; but he that doth not believe is already judged, because he believeth not in the name of the only-begotten Son of God. And this is the judgement: because the light is come into the world, and men loved darkness rather than the light, for their works were evil. For every one that doth evil hateth the light, and cometh not to the light, that his works may not be reprov'd; but he that doth truth cometh to the light, that his works may be made manifest, because they are done in God.*

OFFERTORY: *Ps. 17:14, 16, 2-3, 48-49*

Intonuit de cælo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam : et apparuerunt fontes aquarum, alleluia. *℟.* Diligam te, Domine, virtus mea : Dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. *℟.* Liberator meus de gentibus iracundis, ab insurgentibus in me exaltabis me : a viro iniquo eripies me.

*The Lord thundered from heaven, and the Highest gave his voice : and the fountains of waters appeared, alleluia. ℟ I will love thee, O Lord, my strength : the Lord is my firmament, my refuge and my deliverer. ℟ My deliverer from wrathful nations, and thou wilt lift me up above them that rise up against me : from the unjust man thou wilt deliver me.*

## SECRET

Propitius, Domine, quæsumus, hæc dona sanctifica : et hostiæ spiritualis oblatione suscepta, nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Dominum nostrum.

*In thy mercy, O Lord, we beseech thee, sanctify these gifts : receive the offering of this spiritual victim, and make of us, too, an eternal oblation to thee. Through our Lord.*

## PREFACE

*Of Pentecost*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus : per Christum Dominum nostrum. Qui ascendens super omnes cælos, sedensque ad dexteram tuam, promissum Spiritum Sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et supernæ Virtutes, atque angelicæ Potestates hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes :

*It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God, through Christ our Lord. Who, going up above all the heavens and sitting at thy right hand, on this day sent forth the Holy Ghost, as he had promised, on the children of adoption. Wherefore does the whole world rejoice with exceeding joy all the earth over. And both the heavenly Virtues and the angelic Powers also join in singing the hymn of thy glory, evermore saying:*

*Today, the COMMUNICANTES of the CANON begins as follows:*

Communicantes, et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes, quo Spiritus Sanctus Apostolis innumeris linguis apparuit : sed et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei et Domino nostri Jesu Christi ...

*Likewise, the HANC IGITUR begins as follows:*

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua et Spiritu Sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quæsumus, Domine, ut placatus ...

*Communicating, and keeping the most holy day of the Pentecost, whereon the Holy Ghost appeared to the Apostles in countless tongues; and also venerating the memory, first of the glorious Mary, ever a Virgin, Mother of the our God and Lord Jesus Christ ...*

*We therefore beseech thee, O Lord, to be appeased and accept this oblation of our service, as also of thy whole family; which we make unto thee on behalf of these also whom thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Ghost, giving them remission of all their sins; dispose our days ...*

#### COMMUNION: *Jn. 14:26*

Spiritus Sanctus docebit vos, alleluia : quæcumque dixero vobis, alleluia, alleluia.

*The Holy Ghost shall teach you, alleluia : whatsoever I shall have said to you, alleluia, alleluia.*

#### POST-COMMUNION

Adesto, quæsumus, Domine, populo tuo : et quem mysteriis cælestibus imbuisti, ab hostium furore defende. Per Dominum.

*Assist thy people, we beseech thee, O Lord : and having nourished them with heavenly mysteries, defend them from the fury of their enemies. Through our Lord.*